quod homines cum aliis hoc agere cognoscant.
Est inque signum quod non ex integro illud propter
deum operatur. Per istud vero etiam in aliis
pluribus casibus intentionis puritas discerni
potest.

Nonnumquam sub pretextu subueniendi
pauperibus, aut instituendi eccle-
sias, aut in ultimis annis secu-
ritate huiusmodi agit hostis, ut quis
in auaricia labatur, vel fraudulente negotiorum
intendat, vel emendo vendendoque committat
piuria, uti pus tactum est nonnumquam tamen mo-
raliter peccandum est etiam contumaciter bo-
num inde oriri queat.

Nonnumquam in bono opere graudē ac-
cidia et tristitiam per magna immittit
hostis, suadens tunc in delectationibus
seculi consolationem querere. Ex quo duo
mala accidunt, vnum est, quod frequenter per
hoc quis in stultiloquia aut peccatum aliud
decidit, per quod etiam alios peccare facit.
Secundum est quod illius accidia hoc pacto non
sanatur, vix magis ac magis nutrit et crescit
et si eni eo tempore huiusmodi tristitia liberetur, ipsa tamen
postea redit longe validior. Qui vero eam
abigere superareque vult, aduersus illam for-
titer prestare animo, et sibi acriter resistere debet.
Nam tunc discidet, postmodum minime
reuersura.

Nonnumquam alicui subijcit hostis ar-
dentissimam cupiditatem cernendi mu-
di vanitates, plaususque nuptiarum.
Et agit quod illo puncto temporis quo quis
videt huiusmodi, qui illic plerumque sunt im-
pudici gestus, non tentatur de peccato car-
nis, et per hoc illum nimium audacem effi-
cit hostis atque immoderate sua de castitate
presumere. Unde euenit ut is vel in sup-
biam decidat, vel finaliter in obscena opera
aut spurcas ruat in cogitationes, siue hoc
in loco, siue postmodum alibi cum solitari-
us erit, tunc enim huiusmodi cuncta re-
dibunt in memoriam. Quapropter tutius
esse nihil potest quam semper hec de quiete pe-
ricula, neque unquam in illis confidere.

Nonnumquam sub velamento sanctita-
tis, deuotionis, et in personas reli-
giosas spiritualis amicitie agit ho-
stis, ut ex consuetudine intuenti, loquen-
di, epulandi simul ridendi, mutuo sese ioc-
cose tangendi, vertitur spiritualis amor in
libidinosum carnalemque amorem et demum
in finem ignominiosissimum.

Nonnumquam sub pretextu fugiende
singularitatis, et obseruandi mores
aliorum, vel alicuius similis boni
suadet hostis ut quis plures vescatur aut bibat
quam sibi conueniens est. Et pariformiter est

de vestitu et huiuscemodi rebus. Quare summopere est in omnibus adhibenda discretio.

Nonnunquam agit hostis vt sancta intentione quis loqui incipiens/ oriundo sermonem ad plura defluat inordinate dicendum/ quod euenit. vel quia is loquendo commouetur. irasciturque vel quia suam gloriam querit. Vel quia erubescit et recundatur nisi audientibus admiratione ingerat. subtile aliqd. extraneum/ nouum. inauditumque dicendo. Duo fit. vt et que scit/ et que nescit imoderate loquatur. aut ea proferat que audientibus ob eorum simplicitatem minime conueniunt. Quamobrem sub rationis regula semper lingua tenenda est/ eque in medio finem sermonis. sicut in initio.

Nonnunquam sub humilitatis specie/ et sese custodiendi facit vt quis silet et ex contemptu. iracundia. supbia. vel cum loqui deberet. ex recordi pusillanimitate metu reticeat.

Nonnunquam sub tegumento honesti fortasse desiderij quo quis rem aliquam scire gessit et agnoscere/ hortatur hostis/ vt is ad cuncta videndum audiendum. temptandum. curiosus sit atque prorsus intentus. Unde ingens postmodum fedarum temptacionum impudicicie et odij obrepit frequentia. Et quoniam nullum exinde aliud malum nasceretur. ea tamen res ad modum homini per se nocua est. Nam vsque adeo illius mens eiuscemodi nouitatibus obruit vt nullam post hec puram de deo cogitationem is habere valeat.

Nonnunquam gratas de carnis voluptate cogitationes menti offert aduersarius/ dicens. non esse periculosum illis dummodo sensus absit imorari paululum. atque hoc modo intantum hominem succedit et inflammat. vt eas a se vitare excutere possit. Itaque nihil est salubrius quam illis initio intercludere aditum. Aliquando autem oriuntur huiuscemodi noxie cogitationes cum studiose quis suorum affiniumque in mundo et connubio viuunt statum animi aduertit.

Nonnunquam alicuius mentem plurimum concurbat hostis. in illam magnam fedarum acturpium cogitationum multitudinem imittendo. vt bis se

primario peccare credat. Dicit enim horrendum esse scelus. cum legeudo horas et deo obsequendo he cogitationes adueniunt. Itaque hortatur vt illis prorsus penitusque fugadis semper inuitailet. neque aliud quicquam agere curet. Scit nempe malignus hostis. ventum facilius in manu posse fixum manere quam illas tolli funditus/ radicibusque conuelli. vel ita posse abigi. vt ne quidem postea vnquam redire queant. Atqui non cum impie mentem cogitationes tangunt peccamus mortaliter. sed dumtaxat cum eis consentimus. id est quando illis voluntas nostra fauet. quando eas ipsa cum delectatione complectitur. quando eas adesse gaudet/ quod diu vero he sibi displicent. sibi que sunt horrore ac odio. nullum est mortalis noxe periculum. Sciendum autem. non esse possibile in occupatione laboris vel temporalis administrationis/ tantam inesse homini mentis serenitatem/ sicut in sua quiete per diuturnam moram. Et aliter illam querere est sepe irritus labor et sola tentatio. Frequenter autem he cogitationes melius vincuntur. si eas nihil pendimus aut curamus sed alijs in rebus occupamus animum. quasi eas vi nitamur pellere.

Nonnunquam bonas cogitationes subicit hostis/ non certe propter bonum aliquod. verum ad id solum vt sancte orationi impedimentum preestet. Nam illas eo immittit tempore cum eas suscipere nec licet nec conuenit. Non enim audiendo vel canendo missam opportunum tempus est de re cogitare familiari/ quod tamen alijs horis bonum expedire solet.

Nonnunquam hostis semel in tantum alicui peccato incumbere/ aut illi ceteris vacare voluptatibus vt exinde ad plenum is fatietur/ neque postmodum illius vnquam rei concupiscentiam habeat. Ideo vero istud agit hostis. quia in hoc grauiter istum nouit delicturum. Agnoscit etiam/ quod si is modico tempore huiusmodi desiderio carebit. paulo post tamen hic multo tentabitur fortius. Ut enim qui estu graui febreque laborant cum gelidam aquam biberint/ primo releuari videntur. Deinde vero longe grauius et vehementius affliguntur. Sic expleta libidine illius/ postmodum amplius in grauescit cupido. Sicut etiam et hi qui quodam

De tentationibus

plus sefe vngulis scalpūt z fricant / tāto magis pruriginem sentiunt. Atqui si modicū id tolerare possent / citius multo liberarentur.

Omnūq̄ in se quis percipiēs motus iracundie z vindicte in alteruz q̄q̄ in hoc sibi displiceat ingratiū q̄ sit. attamen ei dat intelligere hostis / non debere orationem dicere dominicaz / neq̄ pacem in missa suscipere / quoniam non libēt quimo cuncta ignoscit. Reuera tamen si inimicum is optat suum propter deum diligere / dz tuto potest deum orare / vt quē admodū alijs in se malefacta remittit. ita suorum quoq̄ delictorum veniam sibi largiri dignetur. Nam si efficaciter inimicum amare volet id vtiq̄ efficere valebit.

Omnūq̄ suadet vt sue quis fame integritatem nimium tueatur / dōcens hostis ad hoc quemq̄ teneri / secusq̄ agere velle id eē crudelitatis z imanis seuitiei. Qua vere innumera mala cōsurgunt. nam cuncta is que de se dicere auidit / excusare conatur / omnia sua facta colaudans / z de illis volens rōnem reddere purat nempe hoc pacto claudere hominū ora / quod profecto impossibile est. Ita ergo plerūq̄ is labitur in iram / impatientiā arrogantiam / perturbationem mentis. ac cū cūculationē alterius / secretozū q̄ celari deberent revelationem. vt p̄ hec omnia suam astruere innocentiam queat. Ruit item per id frequenter in ypocrisim z fictionem / habens ab hoste persuasum sua opera hominū in p̄spectu fieri debere. non quidem vt dicit / ob mundi vendicandum applausum. verum ad prebendum alijs boni exempli viam / simul z ad propriam vitandum infamiā / nam mibi / ita eloquitur / illesa fama manente. pluris homines mea verba estimabunt / sicutq̄ exinde meliores.

Altera parte monet nōnunq̄ hostis / vt quis nibili pendat quid de se homines loquantur z sentiant / neq̄ in aliquo suam famam custodiat. sed equale ducat in manifesto z occulto peccare / atq̄ in tali sue vite negligentia incuria q̄ viuat. secum inquit / mea qualis sit cōscientia deus agnoscit. Ad p̄fecto mibi satis est. dicāt aliq̄ quicqd̄ eis libuerit. Ecce itaq̄ videtis / q̄ difficile sit hūc vtiq̄ effugere laq̄uz. z recto gradiēdo tramite a neutro

detineri z capi. sunt enim ambo perniciosissimi. **Q**uamobrem primū debet quis q̄ considerare quale opus suuz existat. bonū ne an malū. Nā si est malū q̄to magis illō in patulo aptoq̄ facit / tāto graui⁹ ipse peccat. Et si casu is celare / abdere / z occultare debet nō q̄dem ob superbiā. sed no alijs occasione peccandi male loquēdiq̄ tribuat. Sin vero opus bonū sit / attamē is nō scit alios ipm veluti malum iudicatuos. auimaduertere oportet an hi q̄ ita iudicant ad h̄ ex ignorantia z simplicitate adducantur / z tūc hoc opus si ad salutē nō necessarium exiterit. intermittendū ē / vel illius rei cognitō z veritas est eis apienda / docendiq̄ sunt non sic de illo arbitrari debere / q̄ si ex malicia h̄mōi p̄deat iudicium. Sūt enī nōnulli q̄bus aliena virt⁹ inuisa est q̄ neq̄sunt. quicqd̄ fieri vidēt. maligno nō carpes redente. Hi p̄suis p̄temnēdi sunt / neq̄ cū p̄sit vilo pacto claudī istoz ora. Itaq̄ minime opus est cum q̄ bonū opatur aduersus huiuscemodi homines suā famā tueri.

Porro hoc loco animaduertendū est. q̄ sublimia opa crebrius efficere dignatus est dñs p̄ illos / qui vt docet ap̄ls / fatui. inscī. vel nullius estimationis habitū sunt. q̄ p̄ alios quosq̄. Quare nequaq̄s oprare quis debet vt in eo qd̄ agit bono. ab alijs is cōmendē. neq̄ multo min⁹ suā debet de p̄mere p̄dicareq̄ laudē. vel etiā p̄curare vt hoc fiat ab alijs. sed totū deo relinq̄ndū est. q̄ de nibilo nouit oprari ingentia. Frequenter nāq̄ videm⁹ quo amplius suam q̄s ostentare q̄rit innocētiā / aut p̄riū bonū in alioz noticiā ducere / eo minus ab alijs estimat z curat. Rōge etiā minus tum sibi tum ceteris apud deū p̄ficat.

Sit nōnunq̄ hostis vt secus quis sciscitet z inq̄rat an p̄destinat⁹ a deo sit ad gloriā vel ad penā eternā p̄scitus / vt h̄ pacto vel in p̄sumptuosam sp̄ez vel in desperationē labatur z corruat. Pro inde neutru⁹ hoz diffinita snia iudicare debet homo. sed in dei sp̄are misericordia / cū ingenti timore sue districte iusticie.

Omnūq̄ suggerit hostis apud se p̄cunctari an pot⁹ nunc q̄s mori uel eternaliter damnari mallet. q̄s aliquod mortale committere peccatuz / vt si is affirmatiue respondeat / in eo denuo peccet q̄ magis eligit peccatum admittere

atq; ita offendere deus q̄ huiusmodi pe-
nas perire, deum quippe offendere pro
quocunq; vitando supplicio velle nequa-
q̄ debet. Sin vero contrariam is partem
a seruerit/primum forsitan mentietur, de-
cideretiam forsasse in iactantiam atq; ar-
rogantiam. Quamobrem magnopere vi-
tandum est huiusmodi facere questiones/
neq; eis si subreperit est respondendum/
abijciendeq; sunt r̄ dicendum deo. Deaz
domine fragilitatē agnoscis / certus equi-
dem sum / quoniam nisi tua gratia mihi so-
ret auxilio nulla ita modica est pena / quin
me vinceret. atq; peccato faceret p̄stare cō-
sensum. Quare me miserum in tuas p̄icio
manus / obsecrans ne ea tentationum peri-
cula incurrere me sinas / que tiorum sine
transgressu mandatorum superare non q̄-
am. Hoc itaq; modo periculosus is mali-
gnus q̄ laqueus tuto pertransiri valebit.
Fragilitatem videlicet propriam humili-
ter recognoscendo / r̄ in deo solo constituen-
do spem. neq; quodcunq; iudicando ali-
ud. Scitis nempe beatum Petrum qui p̄-
us se velle mori q̄ deum relinquere spon-
debat. deum postmodum deseruisse / neq;
huius quod promiserat effecisse aliquid.
Sic profecto agunt q̄ plurimi putantes
q̄ omnia perferrent anteq̄ ad peccandum
pertraherent. quasi nō diuina gr̄a sed sua
virtute ipi peccatū deuitet

Nonnunq; alia tentationē immit-
tit hostis. huic pene p̄similē / r̄ est
cu; quis preterito tempore grauiā
perpetrauit scelera / vnde bona sibi aliqua
euenerunt / sicut per fornicationem aut ad-
ulterium prole suscepit quā ardentissimo
amore cōplectitur. tunc agit hostis vt is a
semetipso inquirat. vel ab alio interroget.
Uel esse non peccasse / r̄ hanc nō habuissē
se plem. Accidit enim hominem delinque-
re qualitercunq; huic respondeat questio-
ni. vt in p̄cedēti tentatione dictū est. Dico
itaq; dictū remediū hic etiam locum habe-
re. rali scilicet questionī non respondendo
vel potest homo dolere de ipso peccato. do-
lere item potest q̄ per huiusmodi delictum
sibi proles orta est. Nō autem absolute do-
lere oportet eo q̄ plem habet.

Nonnunq; incitat hostis hominē
ad hoc vt apud se perat. an sit ceteri-
s hominib; vel hoc aut illo dete-
rior. vnde plurima frequenter peccata sur-

gunt. puta mentiri. superbire. alios teme-
re iudicare. Debet itaq; is dicere quicquid
ex me habeo totum peccatum est. si vero in
me est aliquod bonum. id est ex gratia dei /
quam egue alteri sicut mihi deus ipse lar-
giri potest / satis p̄fecto sum iniquus si ni-
hil ex me nisi peccatum habeo. nō ergo me
ceteris cōparare opus est / cū ipse sim ex me
sceleratissimus.

Nonnunq; gratias r̄ dona que in
aliquo sunt ante huius oculos sta-
tuit hostis. vt hinc intumescat. p̄-
cipendatq; ceteros. Quare ex aduerso is
cogitare debet. eo sibi maiora pericula gra-
uioremq; imminere damnationē. si nō re-
cre diutius vtatur muneribus. Cogitare
etiam potest q̄ nemo adeo est impius qui
non melius huiusmodi vteretur donis si
becipsa sibi collata fuissent. r̄ ita quēcūq;
primū / siue iudeū / siue gentē / se ipso melio-
rē iudicabit. aut saltē nō deteriorē.

Nonnunq; efficit hostis vt cum q̄s
penitere conteriq; debet. a se ipso q̄-
rat tantaz ne de peccato suo displicē-
tiam habeat. q̄sta; habere tenetur q̄ n̄
arguit / qm̄ plus doloris r̄ lachrymarū de
damno h̄ret p̄ali. q̄ nunc h̄eat de diuina
offensa / quare nequaq; h̄mōi displicentia
sufficere videt. Sed sciendū q̄ non est ne-
cesse corpales de peccato esse dolore tantū /
q̄ntus forsasse esset de tempali malo vel in
commodo. Sufficit enim q̄ cōmissus pec-
catū sibi displiceat / r̄ nequaq; in simili ca-
su deū offendere vellet. Nō enī sicut prius
dictū fuit / optet malle dānari mori aut om-
nibus spoliari bonis. q̄ peccasse. aut hoc
modo peccare. Rursus nec talem h̄ic op-
tet esse dolorem / quales de se diuina postu-
lat immētas / cū hoc sit ipossibile. Quia
ipsa prius est infinita. n̄m aut dolore fini-
tum esse necesse est. Is ergo dolor qui dici-
tur est sufficit. Uez q̄dem est q̄ tanto hic do-
lor est melior / q̄sto r̄ in anima / r̄ in corpore
est maior. assit modo q̄ ad corpalem dolo-
rem recta discretio. Non enī ex eo corp̄ de-
strui aut ratio ledi debet. Plurime per
istud vitantur tentationes. que subeunt / cū
quis nimū veretur nunq; satis penitere /
aut suum non facere debitum. Debitū in
q̄z q̄stum ad salutem satis est. vt enī est di-
ctum nequaq; nostruz debitū facere possu-
mus q̄ntum dei altitudo deposcit. neq; eti-
am fm̄ beneficia que ab ipso recepimus /

De tentationibus

nec hoc pfecto a nobis indulgentissimus ille pater expetit/immo p mira gratie sue benignitate sibi sufficere vult, et nos i amicitia eos habere parat est si ea que in certo numero/certis agenda temporibus mandata nobis tradidit, ipsi compleuerimus que etiam sub eterne mortis interminatione implenda mandauit. **U**niuersa autem hec precepta in his duobus continentur. Dilige deum super omnia, et proximum tuum sicut teipsum. **S**i quis vero super hec aliquid bonum effecerit, is p inde maiorem gratiam obtinebit. **Q**uod si interrogas, quid est super omnia deum amare: plane grosseque respondeo. Hoc est sic eum diligere, vt nullo pacto quodlibet aliud quis amare velit per quod perderet dei amorem. Proximum autem sicut seipsum diligere/est ei finaliter quidem vitam optare eternam/gratiaz vero in presenti seculo, insup id ei facere velle quod rationabiliter et iuste in simili casu sibi quisquis fieri vellet. **U**nde manifestus est qd is qui est iudex constitutus, nequaquam velle debet latronem a morte vel carcere liberare, quod ipse fortasse in simili casu contra rationem liberari cuperet. **E**t ex hoc plurimis eiusmodi tentationibus respondere potest.

Nonnunquam qui sacrum altaris suscipere constituit sacramentum/occurrit sue indignitatis cogitatio/qd videret nequaquam ad hoc dignus esse potest et presertim sibi videtur qd non bene sua sit delicta confessus. **F**ieri autem potest hoc suggestionem demonis, vt tantum bonum impediat. **Q**uare igitur is cogitare debet ad hunc nonnunquam se dignum propter virtutes fieri posse/ quod etiam centum annis ad id laborans incuberet, nisi ex speciali dei munere id fiat quod sane munus potest eque nunc sicut per centum annos dominus largiri. **D**ebet rursus considerare, quoniam hac in vita nemo per infallibilem absolutamque certitudinem scire potest, vt in gratia sit, an non vere ne sit penitens, an non, vt recte considerat confessus sit an non, nisi ad hoc singularis accesserit reuelatio. **I**taque qui sine hac certitudine suscipere nollit eucharistiam, is pfecto seipsum deciperet et quendam superbie specie habere videret. **E**st alia humana vel moralis certitudo, que in nobis proposito et requiritur et sufficit, cum vicia que in propria recollectione et conscientie discussione/id egit quod tamen sua discretio

no, tamen boni altorum consilium/esse debere facere iudicat atque hunc sufficiens tempus ad id cõter obseruatum consuetudinem. **Q**uod si ipse in peccato mortali secundum proprium iudicium is se esse non videat, tamen et sine noui periculo peccati/ad cõsionem accedere potest et quod vt frequenter accidit sibi fortasse leuia quodam dubia supueniant, ea tamen retinere imo vincere debet et ad contrarium agendum semetipsum cogere. **L**eue autem dubium voco, cum quis non potest de aliquo fieri iudicium, quod sit bonum iustum et quod sit malum et peccatum/ tamen nihilominus quodam rationem vel cogitationem in contrarium habet quod aliquam ei dubitationem afferunt, non tamen ita quod in proprio iudicium multo sibi sit certum/in tamen quod si res ipsa alteri foret, de ea nequaquam ambigeret aut cõtaret. **V**erum si non maior est certitudo de vna partium habet quod de altera, sistere debet quousque ad eam aliquam magis assentiat et hoc vel aliorum vel sue rationis consultationem/vel inspirationem diuinam obtinet per orationem. **N**isi enim hoc modo quis securitatem in semetipso capiat/se male fuisse confessus semper iudicabit, neque tranquillus esse/aut conscientie pacem vnquam habere poterit. **Q**uod pfecto nequaquam bonum est.

Hic scripto penitens nonnunquam inquitur si firmam nonnunquam peccandi voluntatem habeat, et tunc ei plurima proponit hostis/peccatum quod nimium est fragile/ quod ite rari crebro in peccati lapsus est et adhuc quodammodo labitur. **C**onsiderare autem is debet vix quoddem esse non posse eum vitare peccatum virtutibus suis. **N**on enim asserere opus habet nonnunquam se peccatum, presumptuosum quod potest esse hoc/ neque tamen etiam iudicare debet se peccatum. **I**ta enim hoc esset delinquere. **S**atis igitur est si firmus ei propositum adest cum dei adiutorio deuitandi peccatum/ et ad id diligentiam adhibendi/ nec secundum penitentem voluntatem villo vult pacto in posterum peccare.

Nonnunquam vt dictum est enititur hostis/ personis deum timentibus/ magis quod ceteris/ nimium timorem immittere/ quo in cunctis suis operibus deficere formidet. **Q**uia modum eiusmodi timoratis necessarium est vt in primis magnopere animaduertat ad quid sub pena peccati mortalis secundum suum statutum obligantur, et ad quid non. **P**otest autem de hoc haberi non quidem infallibilis sed humana certitudo/ per sapientium et deuorum bonum consilium/ per scripturas, per iudicium per priorationis/ et per suum confessorum. **H**anc

fm hax psonaz pñsiliu & dictamen debet
is frequenter pñsiliu iudiciu mutare & vincere
Lū ergo de eo qd agēdū est habet is hmoi
centudinē / pōt se merito q̄tare / lz plures
alias negligētiās / q̄ venialia peccā sunt / ad
miserit. Sed si in his pñsiliis pñcipalibus
se defecisse p̄gnoscit, penitēre debet / & post
modū loco & tpe p̄fiteri. Videtis itaq; p̄
sus ee necessariū / vt q̄sq; diligēter p̄grat q̄
res peccā mortale sit, q̄ nō, in q̄ q̄sq; oblige
tur in q̄ non. Et tūc quicqd sup hoc egerit
id vltionē erit & superogātōis / ad augmē
tū sue gr̄e / simulz alioz. Credere enī q̄ illd
mel⁹ bonū qd q̄s facere valet / semp imple
reteneat, ita q̄ si h̄ obmiserit, peccet mora
liter / etroncus esset, nunq; etiam q̄s possit
obtinere p̄scientie pacem.

E In aliē p̄ generali regūla accipite /
q̄ vñ de⁹ & bon⁹ angelus sp̄ ad bo
nū hōitāt / cunctaq; seu p̄spa seu
aduerſa / siue bonū siue malū / sui vel alteri⁹
ad salutē & p̄fectū bonoz p̄uertit, sic ex ad
uerso oia in damnū & p̄niciē detoz gr̄e moli
tur hostis. **A**bundat q̄s diuinitis entit⁹
hostis vt illis abutaf vel in supbiā / vel i lu
puriā / vel in vſurā / & iniquā t̄paliū additō
nē. **C**ōtra scūs angelus conaf & suadet, vt
illis vñ ad largiēdas elemosinas / ad sup
pliciter reddēdas gr̄as deo / ad hñdā suffici
entiā. **S**ilr p̄siderate in pulcritudine, vi
rib, scia, stātū, bona hōim fama, & hoz cō
trarijs paup̄tate, defozmitate, mala obscu
raq; fama. Diuersitatē etiā inclinationis
hōim ad h̄ vel illud / nouit scūs angelus be
ne vñ / hostis vero male. **Q**uāq; etiā fre
quēter & ipam dei inspirationē in malū cō
uerti facit hostis, sic ex aduerso bon⁹ an
gelus malā inimici tentationē in bonum /
puta quis tentabitur ideo religionē ingre
di vt postmodū egrediat & exeat. In ea tñ
p̄seuerās p̄stāsq; manebit. De supbia aut
inuidia tentabit / huic valide resistet & inde
merebit plurimū. Ita frequēter dū grauiter
nocere cupit hostis, p̄dest admodū / & p̄fic
in tantum q̄ hominē crebro tentare desi
stit / ne tentationem supando mereatur.
Aduerſus vero cuuctas suas illaqueantes
tentationes / que certē sunt innumere, non
nisi vñicum generale remediū reperitur /
vti beato **A**nthonio reuelatū extitit, vt q̄s
videlicet p̄fundam semper habeat humili
tatem / & affectione sincera / puroq; corde su
am totam spem in dei ac sanctorum auxili

tum statuat / idq; se facere posse / esse dei gra
tiam censeat permaximam. **N**ihilominus
tamen semper suum debitum faciat apud
deum / & q̄bseruantiam mandatorum eius
predicte innitendo sp̄ei. Nam sicut firmi
ter credimus hominem sola dei saluari mi
sericordia, ita eam misericordiam sumope
re venerari / diligere / carpendereq; debe
mus / secus enim faciens vel hoc iutermitt
tens agere / p̄fecto illam perdere sese reddit
dignissimum. **Q**uod si suggerens tibi
hoc modo dicat hostis, quicquid egeris cer
to nouit deus an damnatus eris vel ne, ne
q; vllatenus aliter esse potest. **R**espondeb
quicquid de me ordinauerit deus ipse ta
men amari dignus est et coli, cunq; menti
ri nequeat / ipse sibi obsequenti bus & ad h̄
pro suis vñibus conantibus infallibiliter
gloriam celestē largietur. **Q**uāq; vero mi
bi meus sit finis incognitus, bene tamen
scio / quoniam bona vita in bonum finem
peruenit, neq; ob hāc incertitudinē / omitt
tere debeo, quo minus meum efficiam de
bitum, immo p̄fecto magis ac magis eni
tendum mihi est, sicut & si infirmus se sanā
dum ignoret, iure tamen ad id suum debi
tum facit. **C**oncludendo dicimus nihil
ita instruere hominem in predicis tenta
tionibus infinitisq; alijs, sicut gratiaz dei
que per deuotam orationem / in p̄funda su
sam humilitate atq; cōtritione cordis / ad
quiritur. **H**anc uobis gratiam meritis
ac intercessionibus omnium sanctorū san
ctarūq; largiri dignetur pater & filius et
spiritus sanctus Amen. **F**inis.

Contra professum

Inobedientem eiusde Iohannis Berson.

Dore tuo te iudico serue ne
q; / Si h̄ dixit p̄bola dñs
de seruo nō multiplicāte licz
reddere talentū / qd dicitur
est de suo dissipate sil & negā
te talentū. **T**alis est ille inobediens p̄fess⁹
sit deriens sit laicus / qui p̄p̄riā sp̄is sui vo
luntate acceptam a deo / causa lucrādi vi
te / thesaurum eterne / dedit illam in manu
superioris sui dicens, **S**uscipe me & vi
uam abba pater. In manus tuas commē
do spiritum meum / quoniam fides in te et
de me diffidens do illum tibi. **A**d iuuā me
& saluus ero. **H**unc tu quisquis es p̄fessus

sp̄at... 28